PROMULSIS ELOGII TILLIANI AUCTORE ADRIANO DE FLERON CANONICO CATHEDRALIS...

Adrien : de Fleron

Digitized by Google

PROMVLSIS ELOGII TILLIANI

AVCTORE
ADRIANO DE FLERON CANONICO
Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis, &c.

ACCESSIT
Hercules Chriſtianus ſeu de Illmo
& Excel.^mo Comite
IOANNE TILLIO
Germaniæ Archiſtratego Italicum Poëma ANTONII ABVNDANTII IMOLENSIS,
Cum Epinicio virtutis Tillianæ.

BIBLIOTECA NAZIONALE
1872



LEODII EBVRONVM.
Ex Officina Io. Ouwerx, Typ. jurat. Sub S. IGNATIO.
M. DC. XXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO,
AC REVERENDISSIMO DOMINO
D. PETRO ALOYSIO CARAFAE,
EX DVCIBVS NVCERIÆ,
MARCHIONIBVS ANTII, &c.
EPISCOPO TRICARICENSI,
AC
Sedis Apoſtolicæ, per Tractum Rheni, & inferioris Germaniæ partes, cum poteſtate Legati de latere, Nuncio.

QVod Fortes illi lectulo Salomonis hoc militia Chriſtiana præſtat Eccleſiæ, in qua verus Salomon ſedem fixit; nec alio nomine Tillij gloria illuſtrior, quam quod inter Leones illos numerari poßit qui ſub throno illius Salomonis. Verè Leo per quem Sol Iuſtitiæ ad Virginis

 ſignum

Digitized by Google

ſignum , hoc eſt Eccleſiam ſuam propugnandam , inde ad Libræ , id eſt Iuſtitiam reſtituendam gradum fecit. Arma ille aris , ego illius elogium inſulis tuis dedico conſecroq́;. Cui rectius oportuit quam tibi? in quo ille Apoſtolicæ Sedis Maieſtatem, & virtutum tuarum eminentiam ſuſpicit & veneratur, tu eum velut ſpirantem pietatis fortitudiniſq́; imaginem colis. Et ſumma, quæ illi tecum amicitia eſt, quæ illius ſunt tua facit, pulcherrimo in diſpari vitæ genere conſenſu, an certamine , an vtroque dicam? ita in te Sacerdotium , in eo militia ſuauiſſimum virtutum diſcordi concordia certantium concentum edunt, vt quemadmodum ille armorum, ſic tu inſularum decus audias. Priuatim quoque nomini tuo hunc qualemcumq́; fœtum debui, quia me χρήσει & κτήσει *tuum beneficiis tuis effeciſti, & Antonij Abundantij familiaris*

tui

tui de Hercule Chriſtiano, id eſt Tillio floridum poëma (quo promulſis noſtra velut acroamate condita prodit) in tua domo Leodij natum. Addidi & alterius cuiuſdam familiaris mei Poëtæ non inficeti Epinicium virtutis Tillianæ. Qui quidem ſine ſuo nomine (quod hic omitti homo modeſtus maluit) cum tibi & ipſe obſequentiſsimus ſit, & minimè ignotus, ſuarum pietate & genio Muſarum tibi facile ſe prodit. Accipe igitur tua à tuis & celebritatem aliquam, quàm à ſe non ſperant, patiare à tuis nominis ſplendore mutuari. Vale.

Illuſtriſſimæ & Reuerend.mæ
Amplitudinis Tuæ

Deuotiſsimus & obſequentiſsimus

A. DE FLERON.

Digitized by Google

APPROBATIO.

Promulſidem hanc Elogij Tilliani eò digniorem prœlo iudico, quò interſit exempli, encomia viri celeberrimi poſteritati commendare. Datum 19. Februarij 1630.

IOANNES A CHOKIER
Vicarius in Spiritualibus generalis Leodien.

Digitized by Google

PROMVLSIS
ELOGII
TILLIANI.

IOANNIS TSERCLASII TILLII inclytum nomen totum quam latè patet Chriſtianum orbem famæ ſplendore, ac rerum geſtarum gloriâ impleuit. Enimuero neque in promptu eſt verbis facta eius aſſequi, quia ita ardua ſunt vt æquari, ita clara, vt illuſtrari oratione non poſſint, neque facilè multa ac prope innumera paucis complecti

Digitized by Google

plecti & multitudo ac præſtantia rerum, delectui officit. Sed ſicut iuuat è tabella pictos ediſcere mundos, quorum infinita ſpacia Geographi ita contrahūt; vt tamen magnitudinem compendio liceat agnoſcere; quidni operæprecium ſit ſumma rerum veſtigia legere, & breui narratione tanti Herois imaginem amplecti, ex qua animus in æſtimationem & admirationem virtutis eius aſſurgere poſſit? Hunc virum ad Germaniæ ſalutem & Imperij decus à propitio numine, iam olim deſtinatum per omnes militiæ gradus ad ſummum armorum imperium virtus fortunaque

Digitized by Google

naque prouexit: in quo ſic Imperatorijs artibus excelluit, vt antiquorum & celebratiſſimorum in eo genere Ducum gloriam non æquaſſe modo ſed & obſcuraſſe videri poſſit. Origo illi à gente Tſerclaſia Tillia in Atuaticis & antiquæ Lotharingiæ tractu, qui nunc Brabantiæ Gallicæ pars eſt, familia Illuſtri & peruetuſta, quæ per affinitates ac ſucceſſiones Imperij Germanici finibus etiam ſe inſeruit; primariæ Nobilitatis in Eburonibus ordini adſcripta, & in Ciuitatem Leodienſem honoris cauſa iam pridem adſcita. Primâ ſtatim ætate natam ad arma indolem à litterarum ſtudijs pri-

Digitized by Google

uato ſtudio Caſtileti in Eburonibus & Coloniæ libatis ad militiam tranſtulit, auſpicatus eam in Belgio, Martis iam pridẽ theatro. Ibi Alexandro Farneſio Parmæ & Placentiæ Duci Belgij Proregi, cui rei militaris Principatum æui ſui conſenſus detulit, operam addixit ſuam, contubernio Octauij Comitis Mansfeldij; vſus, ac ſub eius legione, recepto procerum more, à ſariſſa tyrociniũ exorſus. Inde adultior, poſtquam Erneſtus Baioariæ Dux Epiſcopus & Princeps Leodienſis exauthorato ob Religionis mutationem Ghebardo Trucſeſio ei in Archiepiſcopatu Colonienſi,

Digitized by Google

ſi, & Septemuirali dignitate ſuffectus eſt, Leodienſium Legioni, in Principis ſubſidium ſub Hermanno à Lynden Barone de Reykem ſub id tempus conſcriptæ, nomen dedit, & nobilitati generis virtutique eius iam tum multis indicijs erumpẽti primarium Legionis ſignum datum eſt. Id ſibi bellum veram Martis palæſtram & militaris exinde partæ virtutis ac peritiæ fundamentum fuiſſe ſæpe apud amicos etiam per litteras teſtatus eſt, commemorare ſolitus quantum eo duce profeciſſet, & legionis illius fidem ac fortitudinem miris laudibus extollens, quippe quæ pene

ſola parua manu belli illius molem ſuſtinuiſſet ac demum confeciſſet, fuſis fugatiſque hoſtium copijs, recuperata weſtphalia, expugnatâ Bonnâ & Ghebardi fratre Carolo capto, ac pulſo non vno prœlio Caſimiro Palatino pro Federico Electore minorẽni rerum in Palatinatu potiente; quaſi iam inde fatalem poſt 40. pene annos futurum Palatinatui Ducem hâc veluti proluſione fata in illius gentis excidium imbuerẽt. Sopito hoc bello verius quam extincto (nam poſtea Schenkio Bonnam aſtu occupante recruduit) memorabili Antuerpienſi obſidioni, quam ſub id tempus

Alex-

Digitized by Google

Alexander Farneſius aggreſſus erat, & in qua acerrimis cum hoſte prælijs, ſed maxime cum ipſis elementis per inſanas moles & ad poſteritatis memoriam celeberrimas ſubſtrūctiones dimicatum eſt, præſentiam ſuam ac virtutem iam tot authoramentis imbutam deeſſe noluit, ſpontaneam eâ expeditione militiā profeſſus. Mox orto inter Henricum III. Gallorum Regem & fœderatos Galliæ Principes an. 1585. diſſidio, Henrici Guiſij famoſiſſimi ea tempeſtate Ducis auſpicia ſecutus ſub Adolphi Suartzembergij, qui poſtea bellis Hungaricis & Iauarini recuperatione inclaruit, e-

queſtri legionē alam equitū duxit, ac rebus paulo poſt inter Regem ac Ducem Guiſium compoſitis verſoque in Hugonottas bello, cum eodem Duce in militiam Chriſtianiſſimi Regis tranſijt, totique illi memorabili expeditioni interfuit, qua ingēs proteſtantium Germanorum nimbus in Galliam Duce Barone de Duna ex Palatinatu præcipue effuſus, vt Hugonottis trans Ligerim bellum gerentibus ſe iungeret, ad Alnetum & citeriorem Ligeris ripam ingenti clade à Regijs deletus eſt, quorum reliquias cum Duce Guiſio ad limitem vſque Germaniæ, & Montis Belicardi

agrum

Digitized by Google

agrum proſecutus; tum primum Lotharingiæ Duci Carolo operam nauauit. Iametianâ expeditione & Argentinenſibus ex ſchiſmate ortis tumultibus, ſciſſo in diuerſa ſtudia Capitulo: hinc Catholicis Cardinalem Lotharingum, inde Proteſtantibus Brandeburgici Septemuiri filium Epiſcopũ deſignantibus: quibus bellis ſecundâ vbiq; famâ adeo Tillij virtus enituit, vt poſteaquam Guiſius Blæſis iuſſu Regis cum Cardinali Fratre percuſſoribus immiſſis extinctus eſt, ex eaque occaſione bello exitiabili arderet Gallia, quod & Lotharingiæ Ducem in partes traxit, Tillius præ-

cipuo

cipuo loco ob perſpectam forti-
tudinem ac rei militaris peritiam
iam inde haberi ceperit, ac quat-
tuor equeſtrium turmarum præ-
fectura decoratus ſit. Quibus
bellis cum maximo & exercita-
tiſſimo ſui æui Bellatore Henrico
IV. cui à rerum geſtarum Mag-
nitudine Magni nomen indidit
poſteritas, tantum acuendæ &
exerendæ virtutis campum na-
ctus Tillius variâ vtique fortunâ
iactatus eſt; quippe qui acerri-
mis prælijs Arcuenſi ad Sequanæ
oſtia, & mox Yuriaco in Neu-
ſtria, quibus fœderatorum res in
Gallia plurimum accisæ ſunt, for-
tiſſime etſi infeliciter pugnaue-
rit;

Digitized by Google

rit; deim in Campania & prætenſis Lotharingiæ Prouincijs continuo multorum annorum bello plurima egregia facinora ediderit, quorum illud imprimis memorabile, quod cum Alexander Farneſius illato in Lutetiã à Rege Henrico IV. obſeſſam commeatu in Belgium ſe reciperet, eique in receptu Rex nouo milite auctus grauis incumberet; cedentium agmini inſtans, & terga carpens; Tillius cum fratre Iacobo, qui & ipſe pro Lotharingo quadringentorum equitum agmen ducebat, Ducis Niuernij Campaniæ pro Rege Præfecti copias ad Regem properantes cohibuit;

quarum acceſſione nemo dubitabat Farneſij exercitum deleri omnino potuiſſe. Itâque ſe toto eo bello geſſit, vt & præcipuis bellicis muneribus decoratus & Præfecturis inſignibus Dunenſi & Villafrancana à Duce Lotharingo homo exterus donatus ſit, & apud hoſtes magnam ſui admirationem excitarit, adeo vt ipſe Henricus IV. magnus virtutis bellicæ æſtimator pace facta, & affinitate ſororis cum Lotharingo contracta, ſummis honoribus affectum vltro eum honorificentiſſimis cõditionibus delatis ad ſuas partes inſtitarit. Quibus ille pro ſuâ ſingulari fide ac modeſtiâ

deſtiâ honeſte recuſatis, pace iam in Galliâ conſtituta animum ad longinqua & pietati ſuæ ac votis magis accommodata bella in hæreditarios nominis Chriſtiani hoſtes tranſtulit. Et cum ſub id tempus Dux Mercurianus è gente Lotharingâ Armoricæ in Gallia Præfectus Regi cōciliatus in Pannoniam Rodolpho Cæſari militaturus tranſiret, primum equitum Tribunus, mox conſcripta in Leodienſi Principatu Eburonum legione Cæſaris auſpicia ſecutus grauiſſimas periculoſiſſimaſq; expeditiones obiuit, apud Albam Regalē memorabili prœlio ingenti Turcarum exercitu
 repulſo,

repulſo, ex quo etiam honeſta vulnera in fortitudinis exemplũ permanſura retulit: eam demum famam tum in Pannonia, tum in Dacia aſſecutus, vt omnium conſenſu Dux maximus fortiſſimuſque habitus fuerit, & poſt nauatam diuque exercitatam fortiter operam à Cæſare rei tormentariæ Præfectus generalis, ac tandem Cæſaræi exercitus Prolegatus, quem Mareſchallum generalem vulgo vocant, plaudentibus omnibus deſignatus fuerit. Quibus in muneribus ita verſatus eſt vt hoſtibus terrori, ſuis venerationi & admirationi ſemper fuerit: adeo militibus charus, vt eo

Duce

Digitized by Google

Duce nullum ſibi periculum non fortiter obeundum ducerẽt, paſſimque militum Parens audiret quod nomen Germanicis poſtea bellis proprium ſibi fecit, vt non alio fere apud milites ipſoſque hoſtes indigetaretur. Sed hæc numinis eum ad maiora, clarioraque deſtinantis veluti prælu-dia fuere. Quippe pace in Hungaria facta, ex Religionis diſſidijs diſtracto in factiones Imperio, ac fœdere inter Principes Catholicos aduerſus coniurata Proteſtantium arma inito, à Sereniſsimo Maximiliano Baioariæ Duce Fœderis Principe in ſupremi Legati munus adſcitus eſt, maiore-

Digitized by Google

ne fortiſſimi & ſagaciſſimi Principis prudentia, an felicitate incertum; certe propitio Deo virum Imperatorijs omnibus virtutibus clariſsimum ad propugnandam ſuam, Eccleſiæ, ac Imperij cauſam tanto Duci adiungente, & in eum ſumma omnia; prudentiam, conſtantiam, moderationem in ſecundis fortitudinem in aduerſis rebus & felicitatem ad miraculum vſque congerente. Quanquam pietas vitæq; ac morum integritas in Tillio tãta ſemper extitit, vt mirum videri non debeat ſi vbique ſecundo numine vſus ſit, qui propitium eximiâ vitæ innocẽtiâ ac ſanctitate ſemper

per habuerit. Neque alias magis certis indicijs, clarioribuſque ad memoriam poſterorum iudicijs patuit ad omnia pietatem valere, quæ tot palmis adoreum Ducem hac inſuper gloria cumulauit, vt cum nemini ſuperiorum temporum bellicâ fama ſecundus ſit, in hoc certè primas omnium calculo ferre debeat, quod non minus ſui quam hoſtium victor nō magis hoſtes quam cupiditates domitas habuerit; ab ambitione, inanis gloriæ ſtudio, auaritia, crudelitate, libidine, ceteriſque militaris licentiæ ſcopulis ac contagijs ita alienus, vt poſteritati in contrariarum virtutum & Chri-

ſtianæ ac religioſæ in medijs ſeculi fluctibus obſeruantiæ, non quæ ſua ſunt, ſed quæ Dei, quæ Eccleſiæ, quæ Reipublicæ quærentis admirabile exemplum ire poſſit. Per hanc paucis admodum tritā viam ad verā ſolidamq; laudem toto hoc bello progreſſus, cum Sereniſſimo Maximiliano in Auſtriam ſuperiorem tranſijt, quâ receptâ & in fidem Cæſaris adacta, Sereniſſimus Princeps tranſmiſſo Danubio Comitem Bucquoyum ad Crempam ab hoſtium numeroſiſſimo exercitu pene circumuentum periculoque ſubductum in ſocietatem expeditionis Bohæmicæ adiun-

xit, in qua ſenſim retro cedente per varias velitationes hoſte, tandem memorabile illud ſecutum eſt ad Pragam prœlium, quo hoſtium vires attritæ, cæſus debellatuſque Federicus Palatinus, qui prauis conſilijs & per factioſorum hominũ ſtudia ad regnum FERDINANDO pijſſimo Cæſari iniuſte ademptum gradum ſibi fecerat, vt fortunæ ludibrium eſſet & Nemoſi piacularis victima caderet. In hoc prœlio poſt Sereniſſimum Principem Maximilianum omnibus præſtãtiſſimi fortiſsimique Ducis partibus, vna cũ ſtrenuiſſimo Cæſarei exercitus Legato Carolo Comite Buc-

D quoyo

Digitized by Google

quoyo Belgicis, Germanicíſque bellis celeberrimo, functum, præcipua ſeu in Cõſilijs ſeu in acie inſtruenda cõſerendoq; certamine Tillij virtus extitit, hoſtibus quibus ducere quam conficere bellum tutius ſalubriuſque eſſet ad prœlij neceſſitatem adactis, & ſuis per iniqua loca pari celeritate ac fælicitate in montis quem hoſtis ſubierat planitiem ita traductis, vt ex æquo dimicandi facultas eſſet paribus vtrimque viribus, ſed noſtris vti animis & cauſa, ſic ſucceſſu potioribus. Inde digreſſo è ſubacta Bohemiâ Maximiliano traditoq; Tillio exercitu cum Mansfeldius Nothus
Fe-

Federici Palatini Caſtrorũ Præfectus ex vicino Palatinatu ſuperiore Bohemiæ finibus immineret, iuſſus in eum ducere Tillius, non modo eum tota Prouincia breui exuit, ſed ipſum quoque Mansfeldium circumuentum, ac velut indagine cinctum cum exercitu in poteſtatem redegiſſet; niſi ſimulatâ deditione per ſpeciem colloquij vir proſtitutæ fidei viam ſibi feciſſet, qua in Palatinatum inferiorem, fauore obnoxiarũ Ciuitatum adiutus, magnis itineribus euaderet. Ibi ſoluta Frankerdalij à Conſaluo Corduba Hiſpanici exercitus Duce oppugnati obſidione, firmatiſq;

ad tempus Palatini rebus, Spirenſem Argentinenſemque Epiſcopatus populationibus fœdiſque cladibus peruagatus, Alſatiam etiam inferiorem & inprimis Haghenoiam in poteſtatē redegit; ſed ſubſecutus paulo poſt Tillius pulſis Obertrautio & Verio Palatini Tribunis & ad Neccarim recipere ſe coactis, mox ipſo Neccari tranſmiſſo Palatini equitatū ad Vingartam magnâ clade affecit. Interea præter Mansfeldium in Alſatiâ hærentem duo alij exercitus inſtructiſſimi ab hoſte parabantur alter Marchione Badenſi Turlacio, alter Chriſtiano Brunſuicenſi Halberſtadio Ducibus,

Digitized by Google

bus, qui ex compacto in vnum coire & cum Mansfeldio vires ſociare decreuerant; nec dubium eſt quin vniuerſi viciſſent cum ſinguli victoriam ancipitem fecerint. Mansfeldius collectis vndequaque copijs multarum munitiſſimarum vrbium in Palatinatu potens, ſolitis artibus per colloquia cum Rauillio à Sereniſſimâ Iſabellâ Hiſpaniarum Infante miſſo & deditionis ſpeciem tempus ducebat, occaſionem ſarciendarum aliquo operæpretio acceptarum cladium opperiens; cum ſubitus Federici Palatini ex Batauia per Galliã aduentus in magnam ſpem acciſas eius res erexit.

Igitur tranſducto Rhenum exercitu ad wiſſelocum primum dimicatum iniquiore Baioarorum conditione per inſidias à Mansfeldio diſpoſitas, in quo multi ex Tillianis deſiderati, ipſe VVernerus Tillius ex fratre nepos patrui iam tum veſtigijs inſiſtens ac inter primos dimicans vitæ diſcrimen adijt, & Tillius ad wimpfenam vrbem in confinijs Palatinatus & wirtembergici agri poſitã receptum habuit, Conſalui Cordubæ copias in ſocietatem belli opperiturus. Inde Palatinorum in Ladeburgum effuſus impetus, quo expugnato, in adiacẽtes Neccari Prouincias, & Landgrauiatum

Digitized by Google

tum Darſtadienſem procella incubuit. Captum Darmſtadium ac fœde direptum; ipſe Lantgrauius Ludouicus nihil hoſtile, ſuſpicans, (quippe neutrarum partium & priſci candoris Princeps) barbarum in modum habitus, & nequicquam Deûm hominumq́; fidem implorans in cuſtodiam Manheimiũ abductus documentum dedit, parum præſidij in innocentiâ ac cauſæ Iuſtitiâ aduerſus infenſam potentiam eſſe. Crebreſcebat ſub id tempus fama aduentantis cum exercitu Turlacij, & cum inde Palatinus cũ Mansfeldio impune omnia ſuſq́ue deq́ue miſcerent, inde Halberſtadius

dius cum auxiliaribus copijs è Septentrione expectaretur, veritus ne ſi conuenirent fœderatorum vires Tillius ipſe facilè à tãta multitudine circumueniri poſſet & triplici nodo triplicẽ cuneum expedire nequiret, optimum factu ratus eſt, cum par omnibus non eſſet, ſingulos aggredi. & opportune Conſaluus cum validâ manu in Caſtra ad VVimpſenam aduenerat, quocum in Turlaciũ primum, qui à meridie imminebat, ducere ſtatuit. Id profundæ prudentiæ cõſilium præſenti periculo Catholicorum res in Germania eripuit & vt ſalutare felixque eſſet matura Ducum celeri-
tas

tas effecit. Turlacius qui omne momentum fortunamque belli in eo poſitam ſciebat, ſi ſe Mansfeldio Halberſtadioq; iungeret, aut ex improuiſo noſtros nec opinantes opprimeret, bellum trahere, ſuſpicionem hoſtilis animi à ſe amoliri, fidem etiam priſcam Germanamq; religioſe interponere, non ſe cuiuſquam, nedum Cæſaris offendendi gratiâ armatum, ſed ad tutandos ſolum fines ſuos; vt ſcias ſuos etiã Lyſandros qui verbis iurent mentem iniuratam gerant, huic ſæculo non deeſſe. Et credulitati noſtrorum illuſurus erat niſi mentem facta dictis contraria renudaſſent. Nec

diu inultum periurium fuit. Tillius cum Conſaluo prope wimpfenam eũ aſſecutus atrociſſimum prœlium collatis vniuerſis ſignis conſeruit, nec ſegnius hoſtis aciem inſtruxit, numero copiarum, quas ex ſuis ditionibus viciناque Sueuia delegerat, tormentorum ac machinarum multitudine, & curribus in modum Iſtricis ferro rigentibus, quibus acies ſuas prætexuerat, fretus. Fuſus & prope ad internecionem deletus hoſtium exercitus, deſiderati magni nominis Duces, & in ijs Bernardus wymnarius Saxo, Magnus wirtembergici Ducis frater; captiuorum ingens numerus:

merus: ipſe Turlacius cum filijs profugus ac deinceps profligatis ſociorum rebus extorris & ditionibus exutus; prœda omnis generis opima, maxima inſtrumenti bellici & apparatus fuit. Inde raptim in Palatinũ Mansfeldiumque verſus impetus, qui interea Gerauiam Darmſtadiumque populati & fugato ad Haghenoiam Leopoldi Archiducis exercitu cladem adwimpfenam acceptam penſaſſe aliquatenus videbantur. Quorum veſtigijs acriter inſiſtẽs Tillius continuis pene prœlijs pulſos Gerauia ac Darmſtadienſi Prouincia, carpſit, ac tandem ad Lorichienſem ſaltum celebri cœ-

Digitized by Google

nobio nobilem magnâ ſtrage adeo perculit, vt ad Halberſtadij ad ſocios properantis occurſum vires animique eos defecerint. Ita duorum exercituum clades, tertij qui ſupererat exitium traxit, octauo à Lorichienſi victoria die, deproperare certantibus triplicem laureã intra menſtruum pene ſpatium Tillio fatis. Halberſtadius ex compoſito vt ſe fœderatis coniungeret, cum ingentibus copijs, populata & magna ex parte occupata weſtfalia; vaſtatiſque aut pecunia mulctatis Eccleſiaſticorum ditionibus aduolabat, cum ſpolijs vltrices ſacrilegiorum Diras in caput ſuum trahens.

Digitized by Google

65

hens. Quem ſucceſſibus ferocem elatumque & iam Hoextam vſque Moguntinæ ditionis infra Francofurtum Oppidū ad Mœni ripam progreſſum noſter exercitus Mœnum ad Aſcheburgū magna velocitate trāsgreſſus pari fælicitate ingenti clade profligauit, ita diſpoſitis Tillij ſagacitate tormentis, vt integræ acies eorum vi diſcerptæ ſoluerētur. Cæſa millia plurima & in ijs frequēs Nobilitas, ceteri palantes tranſmiſſo cum Duce ſuo Mœno ad Palatini Mansfeldijq; copias Neccarim verſus dilapſi ſunt. Quæ etſi iuſti exercitus tot reliquiarum acceſſione numerum implerent,

Digitized by Google

tamen tot cladibus conſternati animo hoſtes fortunamq́; Tillij veriti, nihil vltra tentare auſi tribus, quæ in Palatinatu ſupererãt, vrbibusHeydelbergaManhemio & Frankendalio commeatu, & præſidio abunde inſtructis in Alſatiam tranſmiſſo Rheno retro flexerunt, Argentinenſi agro hoſtiliter vaſtato ac incendijs late deformato. Tandemq́ue tentato infeliciter Sauerno, cum nec ibi tutum ſatis receptum haberent, imminẽtibus ex propinquo Tillianis & Leopoldi Archiducis recens adducto exercitu, Palatinus, ſeu rerum ſuarum deſperatione, ſeu quod exiſtimaret poſitis ar-

Digitized by Google

66
mis veniæ locum apud Cæſarem facilius fore, Fœderatos cum exercitu ſacramento ſoluit. Qui Mansfeldio Duce per Lotharingiam Galliæ fines ingreſſi, inde per medium Belgium ad fœderatos Ordines tranſierunt: Conſaluo diuerſo itinere eos ſubſecuto & ad Flerucum magnâ cæde edita aſſecuto. Tillius, qui & vincere & victoria vti ſciret, Heydelbergam Palatinorum ſedem operibus & præſidio munitiſſimam vi, Manhemium inexpugnabile creditum deditione occupat, ac toto citeriori Palatinatu potitur: Frankendalium etiam, quod reliquum erat in Transrhe-

Digitized by Google

nano tractu, haud dubiè occupaturus, niſi in ſpē pacis Britanniæ Rex Palatini Socer Hiſpanis illud conſignari ſatius duxiſſet. Inter ſpolia nullum illuſtrius Bibliothecâ Palatinâ fuit: quæ partim ingenti ſtudio partim ex Monaſteriorum prœda conflata, Romam in triumphi pompā translata ac Vaticanæ à GREGORIO XV. Pontifice Maximo inſerta, antiquorum triumphorum memoriam renouauit, ambiguo relicto armiſne libri, an arma libris decus adderent. Ita toto Palatinatu auitiſque Prouincijs pulſus Federicus, ac mox Septemuiratu in Baioariæ Ducē à Cæſare trans-

Digitized by Google

67
lato motus, ſpeciem Æſopicæ Corniculæ & Moloſſi vmbram ſectantis præbuit, in ſumma miſeria nemini miſerabilis quod ſibi malum aliena appetens turbulentorum hominum ſecutus conſilia vltro accerſiiſſet. Exacto Palatino in ſocios qui ſe partibus illius ſeu aperte, ſeu occulto fauore applicuerant, ductus exercitus: qui prona omnia ſubactaq; reperiens per Haſſiam ac Weterauiam ſe effudit, ſtatiuaq; feſſo tot expeditionibus militi recreando opportuna collocauit. Cum ſubito noua tempeſtas hinc in Friſiâ Mansfeldio, qui belli reliquias nouis ex Britannia dele-

Digitized by Google

ctibus auxerat, hinc in Echsfeldiâ Halberſtadio Ducibus recruduit. Is animo ad perdullionem obfirmato, quæ illi poſtremo Patriæque exitio fuit, partim ex paternis Prouincijs, vbi plurimam Nobilitatē obnoxiam habebat, partim ex Saxoniâ inferiore & Ciuitatibus religionis cauſam agi ratis magnum exercitum omni apparatu bellico inſtructum conflauerat, & in ſpem inſtaurandi belli erexerat omnium animos. Sed impiger ad omnia Tillius coactis in vnum copijs ducit in hoſtem; qui tanti Ducis fortunam veritus retro flexit iter, tranſmiſſoque raptim Viſurgi per Lippienſem

Mo-

Digitized by Google

Monaſterienſemque ditiones in Fœderatorum Belgij Ordinum Prouincias, ſubducturus exercitum, receptum parabat; vt ex tuto occaſionem opperiretur, auctuſque vel Mansfeldij, vel Fœderatorũ copijs grauior incumberet. Sed celeritate familiari haut ſegniter inſecutus eum Tillius tandem ad Statloniam in extremo pene limite ad prœlij neceſſitatem compulit: quod longè atrociſſimum & memorabile in primis fuit, & VVernerus Tillij nepos, qui legionẽ equeſtrem ducebat, acerrime in hoſtem inuectus perruptâ acie extremum vitæ periculum adijt, ſuffoſſo ſub

Digitized by Google

ſe equo vulnereque aduerſo, honeſto fortitudinis teſtimonio, exceptus. Sed noſtri militis vincendi veteris impetũ diutius hoſtes non ſuſtinere, ingentiq; clade pleraque millia cæſa, totus peditatus aut in fruſta conciſus, aut in deditionem acceptus; equitatus magnâ ex parte imminutus effusâ fugâ in proxima Belgicorum Ordinũ Oppida cum Duce profugit. Magna prœda parta, ingens tormentorum egregij operis, bellicique inſtrumenti copia Tillio victori ceſſit: eaque clades ipſum Mansfeldium rebus ſuis diffiſum è Friſiâ inglorium abſcedere nõ expectato Tillio coëgit.

Digitized by Google

git. Eam victoriam quod in eum diem incidiſſet, quo VRBANVM VIII. Pontificem Maximum Eccleſiæ gubernaculo publica fælicitas admouit ipſe & Apoſtolicis literis Tillio gratulatus eſt, & gratias egit quod perduellium clade auſpicatum inſignemq́; Electionis ſuæ diem feciſſet. Tillius in ſtatiua reducto exercitu labefactatam per factioſos Cæſaris authoritatem in eo tractu reſtituit. Mauritiū in primis Haſſiæ Lantgrauium hominem inquieti ingenij, & vafris conſilijs horum motuum haud obſcurum incentorem velut ſcopulum & moram publicæ ſecuritatis in ordinem

Digitized by Google

coëgit, ac ſententiæ Cæſaris pro Ludouico Haſſiæ Lantgrauio Darmſtadio agnato pridē in eum latæ parere compulit, detractâ ei ex eâ causâ ampliſſima ditionis parte; reliquam, quod emendationis ſaniorumq́ueConſiliorum ſpem nullam præberet, in filium eius Guilielmum egregia pro tēpore moderatione, & Cæſareæ clementiæ exemplo tranſtulit. Ita pace in eo ampliſſimo tractu cōſtituta cum tranquillitatis toto Imperio reſtituendæ ſpes eſſet, noui tumultus è Saxoniæ inferioris circulo exorti bellum redintegrarunt, eo grauius, quod potentiſſimus Rex exteras Da-

niæ

Digitized by Google

niæ & totius Septemtrionis vires in Societatem belli coniungeret, & caput factionis eſſet, circuli Saxonici Capitaneus quem vocant extra ordinem deſignatus. Et apparebat ſub præpotentis Principis authoritate contracto rerum arbitrio vim omnem fœderatorum vnitam potentius reſtituturam ex integro bellum, quam cum in plures diſperſa parum concordibus plerumq; ſtudijs gereretur. Ipſe Rex bellicoſus vulgò habebatur & cunctando, vt Fabij cunctatoris exemplum, ſic fortunam æquaturus credebatur. Sed non eſt Conſilium aduerſus Dominum, & Tillij

lij virtuti vnde periculum opinio hominum in ſpem nouarum rerum prona, inde triumphi & gloriæ vberrimam ſegetem proui-dẽtia numinis parabat; quæ prodigijs & periculoſiſſimo in ipſo pene rerum gerendarum limine ad Hameliam præcipitio Regem ipſum deterrere debuerat, niſi mens læua fuiſſet; idq́ue ad collapſam penè in eo tractu Cæſaris authoritatem erigendam, proſtratamq́; contra Imperij pacta conuenta religionem poſtliminio in ſua iura & Epiſcopatus reſtituendam gradum Tillio ſtruxit. Igitur, profligato in weſtfalia Regis & Halberſtadij emiſſario

rio Kniphuſio, Tillius Viſurgim ad Hoexeram transducto exercitu late omnia terrore nominis ſui armorumque impleuit. Sed poſtquam totus pene Ducatus Brunſwicenſis finitimæq; regiones ſeu voluntate ſeu tacitâ Principum conniuentiâ aut negligentia Regijs præſidijs inſeſſæ ſunt, pene æquatam Martis aleam certamen prope Calembergam deſiderato ex hoſtibus Obertrautio ac Duce Federico è Saxonica familia Altemburgica, & paulo poſt iuſtum ad Lutherani conſertis ſignis cum Rege prœlium propitius numinis fauor in Tillianos tranſtulit. Quo prœlio pe-

ne omnium acerrimo Regius exercitus maximâ clade affectus ac pene deletus, ipſe Rex in fugam actus eſt. Supererant præſidia & vrbes quæ obſidione expugnandæ bellum diu anceps & difficultatibus maximis implicitum in longum traxerunt, nuſquam hoſtibus copiam pugnæ faciẽtibus & intra munitiones ſe continentibus. Quibus pleriſque vel vi vel deditione tota paſſim Brunſuicenſi & Hildeſienſi ditione receptis, reſtabant tamen Wolfembutella Brunſwici metropolis, Northemium & Nyemburga operibus & præſidijs munitiſſimæ, quas vno eodemq; tempore Tillius

Digitized by Google

72.
lius obſidere per Legatos inſtituit: ipſe in omnes occaſiones intentus vt Regem ſuis ſubſidio venientem, ſi qua poſſet, interciperet: & congredi non auſum Ferdenſi Lunæburgica ac Bremenſi Prouincijs pulſum vltra Albim compulit. Verum eo ponte ſubſtracto Rex populationibus infeſtam omnem citra regionem faciebat, eaque belli ratione diſtractum in tot curas obſidioneſque Tillij exercitũ omni circum regione inculta, & ruſticorum in ſaltibus degentium infeſtationibus obnoxia in maximas rerũ omnium ac commeatus præcipuè difficultates adduxerat. Sed

Digitized by Google

inuictus ad omnia Tillius, nuſquam intermiſſis tot obſidionibus Regem ipſum hinc Albis inde Hauelæ fluminis ripas inſidentem parua, ſed delecta ſuorum manu, & adhibitis ex Cæſareo Ducis Fridlandij exercitu aliquot legionibus auxiliaribus aggredi in ipſis Caſtris conſtituit; cui haud ſcio an vllum prioris æui generoſum facinus æquare poſſit antiquitas. Igitur ponte ad Bleckedam (id eſt Lunæburgicæ ditionis ad Albim poſitum Oppidum) tumultuario opere ex pontonibus ſtructo maiorene fortitudine an felicitate tranſmiſit copias; nequicquam ex altera

73

ripa ſpectantibus Regijs, ſeu tanti Bellatoris virtute ſeu numinis iuſtæ cauſæ fauentis terrore oppreſſis. Rex ipſe conſternatus in interiora profugit Caſtrorum & pontis præſidio relictis copijs, quæ aduentu Tillij expugnatæ & deletæ ſunt. Ipſe expectato in partem victoriæ Duce Fridlandio tergis cedētis Regis cum eo inſtitit, & in Holſatiam irruptione factâ Cæſarei nominis terrorem latè ſparſit, plurimiſque Oppidis ad deditionem compulſis ad Pinnebergam demum vulnere accepto Lauuemburgum ſe recepit, proſequendum victoriæ curſum Fridlandio Duci impi-

Digitized by Google

gro relinquēs,qui excepto Gluc-ſtadio totâ Holſatiâ potitus, omnem etiam quam longiſſime in Septemtrionē porrecta eſt Cimbricam Cherſoneſum Cæſarei iuris fecit. Tillius à vulnere & morbo recreatus in citeriorem Albis ripam regreſſus haud multo poſt obſeſſas Vrbes woltembutelam & Nyemburgum (nam Northemium inter hæc receptum erat) ad deditionem compulit, Danica præſidia ex Bremenſi ditione eiecit, numeroſumque Regis equitatum traditis ſignis exarmauit: ac demum Stadam inclytum ad Albis æſtuarium oppidum operibus & milite firmiſſimum, cui

Mor-

Digitized by Google

Morganus multis expeditionibus famoſus Dux præerat, aeri obſidione cinctum in fidem Cæſaris adegit, eamque ſibi ſedem delegit ex qua victrices FERDINANDI Auguſtiſſimi Imperatoris aquilas ad Oceanum vſque Germanicum Albiſq́; ac Viſurgis oſtia intulit, nihilq́; ſibi reliquum ad plenam ſolidamq́; victoriam pulſo vndequaque hoſte fecit. Ita quod quidam Lycophronis arte in Eburonibus luſerat qui ex his verbis IOANNES COMES DE TILLY ominoſo Anagrammatiſmo totidem litteris eduxerat hanc ſententiam, DANOS ILLE EIICIT OMNES, ſeriò patratū, euentu

gro relinquẽs, qui excepto Glucſtadio totâ Holſatiâ potitus, omnem etiam quam longiſſime in Septemtrionẽ porrecta eſt Cimbricam Cherſoneſum Cæſarei iuris fecit. Tillius à vulnere & morbo recreatus in citeriorem Albis ripam regreſſus haud multo poſt obſeſſas Vrbes woltembutelam & Nyemburgum (nam Northemium inter hæc receptum erat) ad deditionem compulit, Danica præſidia ex Bremenſi ditione eiecit, numeroſumque Regis equitatum traditis ſignis exarmauit: ac demum Stadam inclytum ad Albis æſtuarium oppidum operibus & milite firmiſſimum, cui Mor-

Morganus multis expeditionibus famoſus Dux præerat, aeri obſidione cinctum in fidem Cæſaris adegit, eamque ſibi ſedem delegit ex qua victrices FERDINANDI Auguſtiſſimi Imperatoris aquilas ad Oceanum vſque Germanicum Albiſq; ac Viſurgis oſtia intulit, nihilq; ſibi reliquum ad plenam ſolidamq; victoriam pulſo vndequaque hoſte fecit. Ita quod quidam Lycophronis arte in Eburonibus luſerat qui ex his verbis IOANNES COMES DE TILLY ominoſo Anagrammatiſmo totidem litteris eduxerat hanc ſententiam, DANOS ILLE EIICIT OMNES, ſeriò patratũ,

euentu

euentu vbique proſpero ſancien-te præſagium. Ex hac leuiter adumbratâ rerum geſtarum ſerie quid prius poſteriuſne eſſe poteſt ad quod celebrandum extollere ſe poſſit oratio, quando nuda narratio abſoluit elogium, & ſupergreſſus omnem laudẽ Tillius hunc vnum elogio finem reliquit quod factis ſupra omnes Panægyricòs poſitis nullum par elogium rependi poſſe fatendum ſit. Certe apud omnes admirationem, apud ſummos orbis Principes etiam venerationem conſecutus eſt, & has ipſas moderatione incredibili & inaudita animi ad humilitatem Chriſtianã compoſiti

75
poſiti modeſtia ſuperauit, nec tot palmis tituliſq; ac ditionibus (licet infra meritũ) auctus quicquam de priſtinâ animi æquabilitate remiſit. Qua certe virtute, vel fatente inuidia, magna illa antiquorum heroum nomina longo poſt ſe interuallo reliquiſſe dicendus eſt, &, quod inde conſequitur, etiam magnitudine animi ſuperaſſe. Nam ingentis ac prope diuinæ animi magnitudinis eſt non efferri gloria, militari præſertim, quæ neſcio quo fulgore præ ceteris perſtringit oculos, nec illius faſtu aut ambitione tranſuorſum agi, quam vltimam ſapienti vix exui rigidiſſimi ſa-

Digitized by Google

pientiæ Cenſores Stoici cenſuere. Sed nimirum ex puriſſimis eã Chriſtianæ pietatis fontibus hauſit Tillius, qui duas res pleriſque diſſociabiles creditas pietatẽ virtutemq́ue militarem in ſummo vtramque gradu coniungens, miro etiam fœdere modeſtiam gloriamq́ue ita inter ſe obſtringere potuit, vt quæ in alijs ferè diſſident, in eo altera in alterius magnitudinẽ conſpiraſſe videantur. Egregio prorſus omnibus militiam profeſſis documento, vt gratiam naturæ, ſic Chriſtianæ integritatis obſeruantiam bellico ſplendori non officere, ſed perficere. Itaque & militiam Tillius vete-

Digitized by Google

76
veteris carminis abſoluit infamiâ, quo pietas à caſtris arcetur; cuius inuidiam illi ſoli ſuſtinẽt, qui rem præſtantiſſimam & Reipublicæ in primis ſalutarem inſtrumentũ faciunt ſcelerum & licentiæ. Nec dubium eſt inde deriuaſſe cæleſtia auxilia, quæ conſtanti penè felicitate velut coniurata Tillio militarunt. adeò in eo, contra M. Bruti morientis ſententiam, virtus quam fortuna efficacior, quia illi non in verbo ſed in re erat. Hinc illa toties quaſi ſiderata hoſtium ad ſolum Tillij nomen cõſternatio, quæ confeſſionem vel ab inuitis expreſſit ſtare à Tillio Deum. Hinc tantus militum no-

Digitized by Google

ſtrorum animis infuſus ardor & alacris in Ducis virtute fiducia, ſub quo nullũ ſibi læuum pertimeſcendum caſum ducerent; ex quo factum eſt, vt incredibili periculorum mortiſq́; contemptu, obuia quæq́; fulminis more perrumperent, & in vltimum pene Septentrionem victricibus ſignis penetrarẽt Romanis olim armis imperuium, quorum palmis & lauris nunquam datũ eſt (quod Tillio obtigit) in rigido illo ſolo & cælo vireſcere, ſæpe marceſcere. Inde ille quoque totius exercitus amor, & velut è cælo delapſi hominis reuerentia, omnibus eum Patrem populariter appellantibus,

lantibus, & ad eius aſpectum Patris nomẽ acclamantibus. Quem ſane titulum inſigni illa quidem, ſed compoſita, & quæ Patrem deceret, comitate meruit; quippe qui cum Imperij grauitatem & militaris diſciplinæ ſeueritatem aduerſus licentiam cõtumaciamque retineret, in ceteris obuiam humanitatẽ, benignas aures vultumque, faciles aditus vel gregario caligatoque militi accommodaret, de milite magis quàm de ſe ſolicitus, quantum fas erat, commodis eius neceſſitatique conſuleret, omnibus ſe laborum incõmodorumq; tolerantia, vigilantia, periculorum ſuſceptione æ-

quaret. Nam de clementia eius & manſuetudine quid attinet dicere, quam hoſtes ipſi venerabundi ſuſpexere? ferrum nunquam niſi in armatos ſtringi paſſus eſt; dedititijs & imbelli turbæ pepercit ſemper, perduelles gratiæ oſtentatione magis quàm armis, cum poſſet, ad obſequium reuocare ſtuduit, ſupplices nunquam excluſit, immo amicitia beneficijſque ſæpe ornauit, perpetuo animi in clementiam propẽſi tenore: quod nec C. Cæſari nec Alexandro tribui poteſt, qui eam laudem non ſemel crudelitate fœdarunt. Viſus eſt, ô rem omni æuo inauditam! pro dedito ho-

78

ſte noctem integram excubare, ne exarmatus militum ſuorum ſeu prædæ ſeu petulantiæ pateret. Quid pro ſuis feciſſe credendus eſt qui in hoſte talis fuit? Quid exequar naturam in conſilijs prudentiam quæ ſemper par fuit magnitudini animi. Non defuere qui eam prælio Pragenſi deſiderarent, pugnacitatiſq; ſtudium & exultantem animi impetum obijcerẽt: adeò ſummas virtutes propter affinitatẽ in diuerſa trahere procliue eſt. Sed ij pari libertatis iure patiantur in ſe iudicij æquitatem deſiderari, qui ſi præeuntem, & ardua obiecti montis commodo flexu ſine vlla iactu-

Digitized by Google

iactura ſubeuntem aciam in plana enixum cõfeſtim ſequi, quam tempus rerum cõſilijs terere maluerunt, trepidis ad ſubitum aduentum hoſtibus aciei inſtruendæ diſponendorumque oportunis locis tormentorum facultatem adimere & noſtris incruentam parere victoriam poterant. & prœlij neceſſitatem neceſſitas conſiliorũ arbitra faciebat; quippe infeſta vndequaque omnia, arcti, vt in hoſtico, commeatus & è longinquo cum diſcrimine petendi, præcipitata in hyemem anni tempeſtas, & hoſti non vinci eo tempore, vincere, noſtris prœlio non vincere vinci bello erat.

Digitized by Google

rat. Ceteras virtutes ſigillatim perſequendo Promulſidis modũ excederem; ſed nihil vetat continentiæ ac pudicitiæ floribus eam aſpergere, & velut corollam apponere. Ea in noſtro Duce propior miraculo fuit. Iactet antiquitas Alexandri in Darij gynecæo continentiam: iactet P. Scipionem, cuius præclariſſima laus eſt captiuas præcipuæ pulchritudinis intactas dimiſiſſe, ne in cõſpectum quidem ſuum paſſus adduci, ne quid de virginitatis integritate vel oculis delibaſſæ videretur. Sed illi tenues ſtellæ in hoc genere præ hoc ſole, qui perpetuus acerrimuſq; alienæ pudi-

Digitized by Google

citiæ vindex, ſuæ incorruptus cuſtos fuit. Nullam, ne ex permiſſu quidem, voluptatem, caſtitas eius admiſit, ſed puriſſimo, nec vlla labe aut ſuſpicione aſperſo cælibatu ſolutũ vxorijs curis animũ Deo ac Reipublicæ Chriſtianæ in ſolidum conſecrauit. Nec de orbitate tamẽ queri poteſt, cuius continentia tam fœcunda virtutibus & rerum patratarũ glorioſo fœtu fuit. Ac ſi Epaminondæ Thebanorum Duci continentiſſimo licuit gloriari duos ſe liberos relinquere, binas nempe, alteram in Leuctris, alteram ad Mantineam de Spartiatis victorias, quantos qualeſque liberos numerare poteſt

teſt Tillius tot palmarum quot fere bellorum Dux, tot victoriarum parens, quibus perennius latiuſque quam numeroſa ſobole nominis ſui memoriam propagauit! Quanquam nec tantæ virtuti Deus voluit deeſſe liberorum ſolatium, & generoſos Tilliani ſtẽmatis ſurculos ex Fratre Comite Iacobo Tſerclaſio Tillio, viro bellica itidem gloria & ſummis imperijs tum in Gallia Belgioque tum in Pannonia fortiter geſtis clariſſimo, qui ex Dorotheâ ex Comitibus orientalis Friſiæ nomẽ & genus ſortitâ complurium liberûm parens, fratri filios non degeneres reliquit. Quorum al-

Digitized by Google

ter maior natu Ioannes nomine, peramplas familiæ ditiones in Gallia Belgica & Eburonibus feliciter regit & Statlonienſi prœlio fortem Patruo operam nauauit, ac Prætoriam equitum alam duxit; alter VVernerus, cuius ſupra honorificè non ſemel meminimus, expeditionum & laborum Patrui continuus Comes, per eius veſtigia gradiens ea fortitudinis, induſtriæ, ac prudentiæ tenera adhuc ætate ſpecimina edidit; quibus per omnes militiæ gradus è milite peditum centurio, inde equitum, dein Helberſtorfij Comitis Equitũ mille legatus, ex Legato Equeſtris Pedeſtriſq; legio-
nis

Digitized by Google

nis Tribunus creari, & præclaris Cæſaris ac Baioari Septēuiri elogijs decorari meruit; & rara eius ad omnem virtutem facta indoles cum incredibili morum ſuauitate & exculto politioribus artibus ingenio cōiuncta in omen votumque bonorum vertit fore, vt Patrui locum non ſubire ſolum ſed & implere cum dignitate aliquando poſſit. Sed hæc Promulſidi, mouendæque orexi ſatis. Erunt (quos hac velitatione excitare & in arenam prouocare propoſitum nobis fuit) qui inſtructiore apparatu maioribuſq; ferculis Tillij gloriæ faciant, ſeu per oratorios campos, qui latiſſi-

Digitized by Google

me hic patent, numeroſa oratione decurrant, ſeu iuuet è triumphali carminè perennaturas laurus ex tanta laurearum copia metere, ſiue ad poſteritatis memoriam tot heroicæ virtutis facinora (quâ neſcio an vlla vberior ſeges aliunde colligi poſſit) hiſtorica fide tranſmittere. Integram famem à promulſide ad ouum & ipſa bellaria lector bonus, bene animatus, adferet. Nos in votis definimus quorum reus damnaſq; totus Catholicus Orbis eſt, vt tanti Ducis ſaluti velut publicæ litet, eique diuturnos, & renouatos vt Aquilæ annos, vel de ſuis demptos, apprecetur, quo repullulantes
tes

tes in Germania rebellionum hydræ à fulminis alite, & hoc belli fulmine conterantur, ſeruſq; tandem & meritis cumulatus partæ in terris gloriæ, Phœnicis inſtar, immoriatur, æterna in cælis gloria rediuiuus.

FINIS.

Digitized by Google